



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Denkwürdige Beiträge für Geschichte und  
Rechtsalterthümer**

**Wigand, Paul**

**Leipzig, 1858**

29. „Ex annotationibus Conventus Huxariensis et Fr. Minorum S. Francisci  
Conventualium“

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30944**

Aus Dankbarkeit wählten sie den gewandten und klugen Capitular Ferdinand von Lünninc, welcher den Vergleich in Rom zu Stande gebracht hatte, zum Coadjutor. Er schloß die Reihe der Fürstbischofe.

**29. Ex annotationibus Conventus Huxariensis et Fratrum Minorum  
S. Francisci Conventualium.**

Fundatum a. 1248 a Rev. ac Cels. D. Hermanno comite de Dassel, liberae, exemptae et imperialis Ecclesiae Corbeiensis Abbe, Principe et germano ejusdem fratre Hermanno, Comite de Dassel, primo Guardiano, conventum Huxariensem fratres nostri in a. 1555 pacifice et religiose cum cultus divini incremento et animarum salute inhabitarunt, usque dum in toto imperio non solum, sed maxime in Saxonia inferiori, et magis adhuc in urbe Huxariensi dominante rebellium haeresi venerunt gentes in haereditatem nostram, polluerunt templum, et posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam, Rev. ac Cels. Principibus Corbejensibus gratiosissime semper restituentibus.

A. 1633, victore Suecorum Rege, nostri iterato exulare cogebantur, quos a. 1636 R. ac C. D. Joh. Christophorus a Brambach S. R. J. Princeps et Abbas Corb. ordinis nostri Promotor singularissimus iterum introduxit et restituit.

A. 1651, in ipso festo S. S. Apost. Petri et Pauli, concurrentibus aliquot mille militibus et rusticis Brunsvicensibus, applaudentibus Senatu et civibus Huxariensibus Lutheranis, fratres nostros a furiosis vulneratos per plateas non sine validis clamoribus et verberibus raptos e porta S. Nicolai ejectos Dom. Arnoldus, Princeps et Abbas Corb. paterno suscepit et fovit affectu, concesso dein in pago Wehrden mox in monte S. Jacobi habitaculo. — 9. Apr. a. 1674 erat faustissima illa dies, qua ecclesia nostris haereticis erepta divino cultui restituebatur, inchoante D. Nicolao a Zitzwitz, Ecclesiae Corbeiensis Capitulare et Priore dignissimo, Missarum celebrando Solemnia, nobis hucusque Deo adjuvante Corbeja foente prosequentibus.

Ex praeclarissimi Recessu Huxariensi anno 1674 in curia cum Priore Corbeiensi Nicolao a Zitzwitz inito, clausula concernens. x

7. Habito praematuero consilio, deliberata et libera voluntate, nec violenter vel coacte, praesentamus Principi ejusque capitulo Corbejensi Franciscanorum sive fratrum Minorum ecclesiam, ambitum,

coemiterium destructasque scholas irrevocabiliter, tradimus, incorporamus taliterque transferimus, ut noster Princeps territorialis et dominus, ejus Corbejense capitulum sicut et templum S. Nicolai et coemiterium cum scholis, pro habendo aperto et libero religionis catholicae exercitio, uti et possidere valeant.

Cum e contra in celsitudinem suam altissime plures fatum clementissimum Principem ac dominum nostrum devotissimam foveamus spem ac fiduciam fore, ut eadem propterea, quod impensas ultimas bello Turcico pecunias, quarum adhuc plures quam mille et quadringtones Imperiales, uti et ad conscriptionem et sustentationem circuli copiarum, quas conscribere et sustentare statuit diaeta Bilefeldensis civitati Coloniensi, nec non alias mille et octingentes debemus Imperiales, parata pro nobis manu solvi jusserit, restantes has ex utroque hoc capite pecunias clementissime remittere dignetur.

Item ut in pristinum restituatur statum civitas, nos quoque spe freti vivimus indubitate, fore ut Princeps ejusque capitulum libertatem nobis, cerevisiam aut Brühanium pro civitate et dioeceseos hujus pagis, et quidquid ibidem in diversoriis, nuptiis, conviviis, lustricis, domuum aedificationibus, aliisque honestis consortiis bibitur, braxandi, absque praejudicio, aut eo, quod alibi quidquam braxetur, erga condigna onera, quae vulgo Accise nuncupantur ...

## N a c h t r a g.

1) Wie die Leidenschaften der Menschen in jenem unseligen Kriege alles Maß überschritten, beweist uns auch das Concept eines eigenhändigen Memorials, welches der unglückliche Abt Christoph von Brambach hinterlassen, welcher nach der Zerstörung Höxters mit der kaiserlichen Armee nach Münster zog, und sich da seiner Sicherheit wegen längere Zeit aufhielt. Das schreckliche Blutbad in seiner Stadt hatte ihm noch nicht genügt, und er sann auf Rache gegen die übrig gebliebenen Bürger. Ich theile das Aktenstück hier mit, weil es uns die Zeit charakterisiert.

Kurze doch unvergängliche Anzeigung, was bei dieser vorgefallener, unumgänglicher scharfen Execution, weiter zur Beförderung des gemeinen Wesens,